



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Syntaxis Historiæ Evangelicæ

Cope, Alan

Lovanii, M.D.LXXII.

109. Zachæus Publicanorum Princeps Iesum hospitio excipit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47925](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-47925)

C A P. 108. Iesus appropinquans urbi Hiericomi, tribuit videndi facultatem cæco mendicanti. Luc. 18. \* 107.

S. Matthæus, Marcus.

S. Lucas.

S. Iohannes.

FACTUM est aut, cum appropinquaret Iericho, cæcus quidam sedebat secus viam, medicas. Et cum audiret turbam prætereuntem, interrogabat quid hoc esset. dixerunt autem ei quod Iesus Nazarenus transiret. Et clamavit, dicens, Iesu fili David miserere mei. Et qui præibat, increpabat eum ut taceret. Ipse vero multo magis clamabat, Fili David miserere mei. Stans autem Iesus, iussit illum adduci ad se. Et cum appropinquasset, interrogavit illum, dicens, Quid tibi vis faciam? At ille dixit, Domine ut videam. Et Iesus dixit illi, Respice, fides tua te saluum fecit. Et cõfestim vidit, & sequebatur illum magnificans Deum. Et omnis plebs ut vidit, dedit laudem deo. \* 109

C A P. 109. Zachæus Publicanorum princeps Iesum hospitio excipit. Luc. 19. \* 108.

S. Matthæus, S. Marcus.

S. Lucas.

S. Iohannes.

ET ingressus perambulabat Iericho. Et ecce vir nomine Zachæus: & hic princeps erat publicanorum, & ipse dives. & quærebat videre Iesum quis esset: & non poterat præ turba, quia statura pusillus erat. Et præcurrens ascendit in arborem sycomorum ut videret eum: quia inde erat transiturus. Et cum venisset ad locum, suspiciens Iesus vidit illum, & dixit ad eum Zachæe, festinas descende: quia hodie in domo tua oportet me manere. Et festinas descendit, & excepit illum gaudens. Et cum videret omnes, murmurabant, dicentes quod ad hominem peccatorem diuertisset. Stans autem Zachæus, dixit ad Dominum, Ecce dimidium bonorum meorum, Domine, do pauperibus: & si quid aliquid defraudavi, reddo.

S. Matthæus. S. Marcus.

S. Lucas.

S. Iohannes.

do quadruplū. Ait Iesus ad eū, Quia ho-  
die salus domui huic facta est: eō quod  
& ipse filius sit Abrahæ. Venit enim fi-  
lius hominis quærere & saluum facere  
quod perierat. \* 110.

CAP. 110. Parabola de minis decem traditis ab homine Nobili totidem  
seruis suis. Luc. 19. \* 109.

S. Matthæus. S. Marcus.

S. Lucas.

S. Iohannes.

**H**ÆC illis audiētibus adiiciens, dixit  
parabolā, eō quod esset ppe Ierusa-  
lē, & quia existimaret, qđ cōlesti regnū  
Dei manifestaretur. Dixit ergo, Homo  
quidā nobilis abiit in regionē lōginquā  
accipere sibi regnū, & reuerti. Vocatis  
autē decē seruis suis dedit eis decē mnas,  
& ait ad illos, Negotiamini dū venio. Ci-  
ues autē eius oderāt eū: & miserūt lega-  
tionē post illū, dicētes, Nolumus hunc  
regnare sup nos. Et factū est vt rediret  
accepto regno: & iussit vocari seruos,  
quibus dedit pecuniā: vt sciret quātum  
quisq; negotiatus esset. Venit autē pri-  
mus, dicēs, dñe, mna tua decē mnas ac-  
quisiuit. Et ait illi, Euge bone serue, quia  
in modico fuisti fidelis, eris potestatem  
habēs sup decē ciuitates. Et alter venit,  
dicens, Dñe, mna tua fecit quinq; mnas.  
Et huic ait, Et tu esto sup quinq; ciuita-  
tes. Et alter venit, dicēs, dñe, ecce mna  
tua quā habui repositā in sudario. timui  
enim te, quia homo austerus es: tollis  
quod non posuisti, & metis quod non  
seminasti. Dicit ei, de ore tuo te iudico  
serue nequam. Sciebas quod ego homo  
austerus sum, tollens quod non posui,  
& metēs quod non seminaui: & quare  
non dedisti pecuniam meā ad mensam,  
& ego veniens cum vsuris vtique exe-  
gisssem

T 4

gisssem